

6. *Misericordia & compassio erga afflictos & egenos.*

XIX *Canones mouendorum affectuum vel generales sunt vel speciales.*

C A P V T III.

In quo Canones generales mouendorum affectuum.

I. **C**anones generales pertinentes ad motum omnium affectuum, sunt tredecim.

I. *Præcipuum munus concionatoris est in affectuum motu.*

Nimirum homines magis hodie peccant affectu corrupto, quam ignorantia veri, ut penè magis nunc animi hominum concutiendi videantur quam erudiendi; *Habet enim ut Clarissimus Theologus Theodorus Beza grauitè monet, etas nostra multum scientiæ, parum conscientie: & est iam mundus plenus notitiâ ut ebrui vino, quod concoquere non possunt. Itaque ut idem præcipit Epist. 81, hac etate nobis de hominibus ad emendationem vitæ adducendis potius laborandum, quam de difficilibus questionibus subtiliter & enucleatè explicandis. Quare & Ierem. 23. Deus dicit, verba sua esse instar ignis & mallei conterentis petras; & apud Matthæum ipse Saluator dicitur fuisse potentissimus in concionando, & nō ita frigidus, ut Pharisei & Scribæ:*